ex Ms Archi. Stan. Aug. Regis.

Andr. Opalinski

# Idem Scipioni Burgesio.

203

Cooptavit sibi Reverendus in Christo Pater D. Laurentius Gosliski Episcopus Posnaniensis in eodem Episcopatu Coadiutorem futurumque Successorem Venerabilem Andream de Bnin Opalenski, non magis vetusto familiae splendore maiorumque laudibus, quam propriis virtutum et meritorum ornamentis insignem, quo etiam propensius assensum nostrum Regium huic Episcopo instituto praestitimus, diligenterque SS. Domino nostro commendamus, ac petimus ut illud idem decreto Apostolico S. suae approbare dignetur, indulgereque ut memoratus Coadiutor Praepositurem Plocensem Iuris patronatus nostri, quoad plenam possessionem suam Episcopatus illius adeat, retinere possit. Magnopere igitur Illustritati Vestrae negotium hoc commendamus, peramanterque ab ea postulamus, ut ad illud recte matureque expediend. gratiam, authoritatem studiumque suum accomodare dignetur. Erit hoc mihi summopere gratum nostraeque benevolentiae officiis IV compensandum. Cui omnia fausta precamur.